



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. II. An conditio contractui matrimoniali apposita illum vitiet, vel suspendat?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

§. II.

An conditio contractui matrimoniali apposta illum vitiet, vel suspendat?

SI matrimonium contrahatur sub conditione improprie dicta, ad praesens tempus, aut praeteritum relata, nec suspenditur, nec vitatur contractus talis, sed matrimonium statim subsistit, aut non subsistit, pro ratione conditionis praesentis, vel praeteritae, §. *Conditiones. Insti. de V. O.* dependet enim talis contractus a conditione tali, quae si existit, vel exiit, contractum valere facit; si vero non existit, vel non exiit, facit eum non valere. Quod si autem matrimonium contrahatur sub conditione de futuro, possibili, honesta, & contingente, ut cum dico, duco te, si pater tuus consenserit, suspenditur ad eventum usque conditionis talis, tale matrimonium, juxta naturam conditionis talis appositae, prout probatur etiam ex *c. De illis 3. b. t.* & melius ex *Super eo 5. eodem.*

§. III.

An conditio de futuro necessaria, vel impossibilis, adjecta matrimonio, illud vitiet, vel suspendat?

SI matrimonium contrahatur sub conditione de futuro necessario eveniente, ut contrahe tecum, si cras sol oriatur, non suspenditur, nec vitatur per conditionem adjectam, sed statim validum est tale matrimonium, perinde, ac si nulla conditio adjecta fuisset, & abso-

lute fuisset contractum (quia qui sub conditione stipulatur, quae omnino certitudo est, putè videtur stipulatus, *L. Si pupillus 9. §. 1. ff. de verborum significati.*) nisi contrahentes putarent conditionem talem adjectam contingentem tantum esse, vel si adderent talem clausulam definiendum tempus, quo contractus celebrandus esset.

Si vero contrahatur matrimonium sub conditione impossibili, vel eorum de futuro, & hoc non repugnet sollicitudini, aut bonis matrimonii, habetur conditio talis pro non adjecta, ita ut matrimonium taliter contractum statim valeat; non valet autem matrimonium, sed ipso jure irritum est, si conditio turpis ab initio adjecta repugnet sollicitudini, sive bonis matrimonii, fidei scilicet, generationi, aut indissolubilitati, prout statuitur in *c. Si conditiones 7. h. t.* licet enim in priore casu nihil in pacto obligatur, quod substantiali obligatur, in matrimonio essentialiter includitur, repugnat, ratione cujus nullum esset matrimonium, ita in posteriore casu in pacto deducitur tale quid, quod sollicitudini matrimonii repugnat, & cum pro consistere non potest consensus matrimonialis, si tamen in tale pacto utraque contrahens consentiat; quod si enim unus pacto tali expressè vel tacite non consentiat, sed contradicit, videndum esset matrimonium, cum eo habet quoddam alter non consenserit, cessatque à pacto tali recessum. Quod autem conditio turpis, aut impossibilis, sub qua matrimonium contrahitur, si non repugnet bonis matrimonii, pro non adjecta habetur, & nihil vitiet contractum, in se-
varent